



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 2. Jeremiæ Patriarchæ scriptum contra Lutheranos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

cham urgebant, nihil ab eo impetrare poterant: quinimo hic eis minitabatur, quod tunc, si ab importunitate sua desistere nollent, eorum quoque errores refellere velit: insuper eisdem exprobrabat, quod temeritate haud toleranda sibi persuadere auderent, quod ipsi magis sciperent, quam vetus, novaque Roma, simulque primitivæ Ecclesiæ Theologos, qui tamen eis re ipsa adversantur, ore tenus duntaxat honorarent, ac nonnisi eorum argumenta eludere niterentur.

§. II.

Jeremiæ Patriarchæ scriptum contra Lutheranos.

Enimvero Patriarcha, quæ comminatus est, brevi opere explevit; scripsit enim græco idiomate contra Protestantes quemdam librum, quem Stanislaus Socolvius Stephani Bathorii Poloniæ Regis Theologus latine reddidit, sub titulo: *Censura Ecclesiæ Orientalis*. Ibi Jeremias singulos Augustanæ Confessionis articulos confutabat, atque inter alia illius Sectatores his verbis alloquebatur. „Vos nonnisi quædam Sacramenta admittitis, imo & hæc multis erroribus contaminatis, cetera autem tanquam traditiones non modo in sacris literis non contentas,

Sæcul. XVI. „sed etiam illis adversas rejicitis, quam
A C. 1574. „in rem Veteris, & novi Testamenti
 „textus corrumpitis: insuper asserere
 „non erubescitis, quod sanctus Joannes
 „Chryostomus, qui chrisma approbat,
 „sefe torrente abripi passus sit: præ-
 „terea vos rejicitis Patrum auctori-
 „tem, & vobismetipsis Theologorum
 „nomen arrogare præsumitis, necnon
 „invocationem Sanctorum vanam, &
 „frivolam esse asseritis, eorumque Ima-
 „gines contemnitis, Sacras illorum re-
 „liquias, ac cultum illis exhibitum lu-
 „dibrio habetis, quem errorem a Ju-
 „dæis suffurati estis, præterea sacramen-
 „talem, quam quis alterutri nostrum
 „deponit, peccatorum Confessionem, nec
 „non statum monasticum vitæ angelicæ
 „imitatricem annihilatis, hinc vobis
 „declaramus, quod veri Theologi lon-
 „ge a vestris dissimiles sacræ Scripturæ
 „verba, in quibus hæc veritates conti-
 „nentur, nequaquam ita interpretati
 „sint, sicut vos facitis, propterea ne-
 „quaquam veterum Theologorum sen-
 „tentiam spernere, eisque vestrorum
 „Theologastorum deliria præferre de-
 „buissetis: porro hæc nostra est respon-
 „sio: de cetero monemus vos, ne post-
 „hac nobis molesti fitis, neque amplius
 „vestra scripta hanc in rem ad nos mit-
 „tatis; nimis enim proterve agitis cum
 „præ-

„præclaris hifce Ecclefiæ luminibus, Sæcul. XVI.
 „magnisque iſtis Theologis, nam fingi- A.C. 1574.
 „tis perinde, ac ſi eos honorare veletis,
 „re tamen ipſa illos rejicitis, nobisque
 „eripere fatagitis divinos illos fermo-
 „nes, quibus veſtros errores oppug-
 „namus. (*)

§. III.

(*) *Hujus facti hiftorici, addit Gravesonius*
Hift. Eccl. part. 7. coll. 4. veritatem confirma-
runt Epifcopi Græci, qui anno 1672. in Syno-
do Bethleemica ad damnandos Calviniftarum
errores congregati hoc testimonium protulerunt
his verbis: Martinus Crugius Tubingentiſis,
ceterique cum eo novitatum Lutheri peritio-
res (inquiunt Epifcopi Græci Synodi Beth-
leemicae) ſuæ capita profeſſionis ad eum,
qui Catholicae Eccleſiæ Conſtantinopolitanae
id temporis clavum tenebat (ſeu Jeremiam)
direxerunt, quatenus (ut dicebant Lutherani)
dignosceret, an cum orientali Eccleſia
de doctrina convenirent? verum ad illos,
imo & contra ipſos inſignis ille Patriarcha
ſermones tres, ſeu magis peritas respon-
ſiones reſcripſit, quibus & omnem eorum
hæreſim Theologicè juxta, ac Catholice con-
ſutabat, & orthodoxas opiniones, quascun-
que a principio Eccleſia obtinuit Orientalis,
eos edocebat: quamquam illi, ſeu Lutherani,
æquaquam attenderent, quippe nuntium pie-
P 3 tati